



1783

*

1. Bornias : Collationum juris criminalis XI. Programma, quo vltimarius scilicet uterque assertores fac. jur. memoriam Bornianam indicunt.
2. Silbersteinus : Animadversio IV ex jure antiquo. Programma, quo Titian superiorum facultatum decanus scilicet et reliqui assertores memoriam Silbersteinianam indicunt.
3. Bauer, Henricus Gottfriedus, fac. jur. procancelle-
rus : De vasallo ad pecuniam, qua an lecessor
debitam feudalem solvit, ejus heredi restitutum
obligato. Programma, quo sollemnis Doctorum Augusti
L. Antichus Frosselii indicit.
4. Bauerus, Henricus Gottfriedus : Regulae : si vinco vte-
centem te, vinco te ipsam, perperam in concursu
eandem locum dari



1783.

5. Bucerius, Mauricius Gollub: Pacto hereditatis renunciativo perfecto, ceteros renunciativi legitimos heredes, renunciantem remotiores, vel omnes non, vel in sola legitima adsumptos esse. 12
6. Bergold, Joann. Gollub: De iurjurando calumnie tum generali, tum speciali abolendo. 13
7. Binerius, Christianus Gollub: Historie legum Wisigothicarum in regno Hispanie vetere Spec. I: De legibus Theodoricianis et Codice Riciciano ad invidendas constitutionum selectissimas Dissertationes. 14
8. Borch, Georgius Mauricius: Præcipua astronomiae physice principia ad motus lune una cum inæqualitatibus ejus explicandas necessaria 16
9. Einertus, Christ. Gollub: Quinque versiones de murgengabe
10. Finckel, Augustus Gollub: Observationes veri juris argu-
menti

1783.

11. Ginkler, Christianus Augustus: De Cys naturae
et mente Cicerois.
12. Kindius, Fr. Adamus Theophilus: De speculi hereditari-
um et auctoritate. Programma, quo orationem amplifi-
calem indicit.
13. Kindius, Fr. Adamus Theophilus: Censio hereditatis
a peregrinis in indigenam facta utrum jus detractum
satis nec ne?
14. Kindius, Fr. Adamus Theophilus: De dote a detractis
hanc litem.
15. Puetmannus, Fr. Lud. Dim, fac. jur. procurator: De
(delinquendi occasio et an et quatenus delictum
ejusque poenam minuat?). Programma, quo sollem-
nia inauguratio An. Grot. Puetteri indicit.
16. Puetmannus, Fr. Lud. Dim; fac. jur. procurator: De
(de pupilla a tutore ejusque filio hanc ducenda ad orationem
D. Murei) Programma, quo sollemnia inauguratio Caroli
Friedrichi Meyeri indicit.

1783.

17. Puchmannus, Fr. Lud. Don: Selecta capita de jure
bibliothecarum
18. Puchmannus, Fr. Lud. Don: De notoramine in
scriptis intellectae
19. Ran, Christianus: De Discrimine inter testa-
mentum veritatis et testamentum pagani in
doctrina canonica.
20. Rerzig, Carolus Gottlob: De finibus disciplinae
Censurae oeconomicae publicae, privatae, politicae
et statisticae regundae.
21. Segerus, Joh. Theophilus: Bernhardus Aegidius,
Aur. Saxoniae . . .
22. Segerus, Joh. Theophilus: Quaestiones forenses.
Lyll. 2.
23. Wenzel, Friedricus Aug. Guilielmus, Ord. phil. ex Decano
De Concessione insignium in imperio Romano Germanico
Programma, quod ad au. diei de rationibus in memoriam
Aurici Ridelii et de perbi imitat.

1783.

24. Winckler, Carolus Gotthardus, de: fac. jus. pro can.
cellariis: Collationum juris Criminalis XII et XIII.
Programma, quo sollemnia inauguralia Johanni Gott-
liebii Zschaschleri inscribit.
25. Winckler, Carol Gotthardus: De juramento religioso.
26. Winckler, Carolus Wilhelmus: De actioe spoliis.



78

17. *Handwritten text, likely a list or index entry.*

18. *Handwritten text, likely a list or index entry.*

19. *Handwritten text, likely a list or index entry.*

20. *Handwritten text, likely a list or index entry.*

21. *Handwritten text, likely a list or index entry.*

22. *Handwritten text, likely a list or index entry.*

23. *Handwritten text, likely a list or index entry.*

24. *Handwritten text, likely a list or index entry.*

25. *Handwritten text, likely a list or index entry.*

26. *Handwritten text, likely a list or index entry.*


27. *Handwritten text, likely a list or index entry.*


28. *Handwritten text, likely a list or index entry.*

29. *Handwritten text, likely a list or index entry.*

30. *Handwritten text, likely a list or index entry.*







1783, 1.

ORDINARIVS
SENIOR CETERIQVE ASSESSORES
FACVLTATIS IVRIDICAE
LIPSIENSIS

MEMORIAM
BORNIANAM

D. XII. IVNII A. MDCCCXXXIII.

H O R A I X
IN AVDITORIO SVO

RECOLENDAM

INDICVNT

IN EST

Corollarium iuris criminalis vndecimum.

1820
 GEORGE ORR
 SECRETARY
 NEW YORK
 JOHN W. WOOD
 PRESIDENT
 NEW YORK
 JOHN W. WOOD
 PRESIDENT
 NEW YORK
 JOHN W. WOOD
 PRESIDENT
 NEW YORK



COROLLARIUM VNDECIMVM
de remissione militum delinquentium.

Ab omni fere tempore hoc priuilegio militia vsa est, vt, qui in ea delinquerent, in eadem punirentur. Sic iure Romano miles, qui castra deseruerat, prehensus a quolibet iudice, mittebatur ad ducem, vt sub ipsis signis relictis coereretur, auditum tamen antea ab ipso iudice deprehendente, vel, vt nos vocamus, prima de delicto habita cognitione, *l. 3. pr. D. d. re mil. l. 9. D. de custod. reor. l. 6. C. de iurisd. omn. iud.* sine dubio, vt reliquæ cohortes praesentes viderent, eiusmodi crimen non manere impunitum. Videbatur enim antiquis iurisconsultis huic rei ad diminuenda scelera, haud parua vis inesse, *l. 28. D. de poen.* Exceptio erat, nisi desertor tempore desertionis aliquod facinus ipsa desertione maius perpetrasset, tunc enim iudex ciuilis eum retinebat ac puniebat, *dict. l. 3. et 9.* Hinc forte ortum celebre illud forum militare, quod inter priuilegia militum connumerari solet. Haec igitur remittendorum militum delinquentium necessitas ab isto tempore perpetua mansit, confirmata in primis legibus Saxonice, mansit etiam potestas praeliminaris de delicto cognitionis, iudici deprehendenti permessa, quamuis haec posterior insequenti tempore aliquot vicissitudines passa, quoad illam vero interdum aliqua

IV

inter delictorum genera distinctio facta sit. Et primo quidem in legibus Saxoniae militaribus generalioribus, quas Ordinationes, *Ordonnanzen*, vocant, scilicet de anno 1673. §. 4. de anno 1682. §. 18. et de anno 1692. §. 20. nec non de anno 1697. §. 21. cautum est, ut milites, in ditionibus, quarum domini iurisdictione patrimoniali gauderent, peccantes, siue crimen militare esset, siue commune, a iudice delicti prehenderentur, ac testes examinarentur, mox vero delinquens ad forum militare remitteretur, haud tamen prius, quam factum ad Principis senatum, in quo de rebus bellicis consulitur, esset relatum. Iudex itaque civilis tunc latius vagari potuisse non videtur, adeo, ut vix credibile sit ei licuisse, delinquentem militem super perpetrato crimine interrogare. At anno 1728. per §. 17. Ordinationis, eo tempore publicatae, venia accessit perquirendi in ipsa militis habitatione, *haussuchung zu thun*, siue adhibito ordinis minoris praefecto militiae, *unterofficier*, si talis in loco reperiretur, siue etiam absque eo; manifestum enim erat, ad facinus inuestigandum ac puniendum non sufficere ipsius rei custodiam, sed esse etiam in ipsum delictum inquirendum, ad quod dici non potest, quantum celerrima corporis delicti vel indiciorum indagatio faciat. Tandem, cum Rex Augustus, sagax rerum omnium persecutor, nec minus videret saepe fieri, ut non solum examinatio rei, protinus facta, ingenuam veritatis confessionem pareret, sed etiam eandem ut plurimum rei gratiae haud parum lucis affunderet, iudici vero inquirenti magnum

gnum auxilium afferret, legem singularem tulit d. 28. Dec. 1737. qua iudici delicti summaria peccantis militis examinatio ante remissionem concederetur. Quae res confirmata est in Ordinatione militari de anno 1752. §. III. et ad praefectos etiam militares ordinum superiorum, si forte et hi peccare reperirentur, prolata, ita tamen, vt nihilominus de hac re certioratio eius, qui in cohorte proximus delinquentis iudex esset, necessaria iudicaretur, simulque supra dicta relatio ad senatum bellicum absque vlla mora fieri iuberetur. Id vero non ita intelligas, quasi iudici ciuili omnino incumbat, prehensum in delicto militem ad illam cohortem, in qua militat, *regiment*, mittere, verum eius tantum est, iudicem militarem siue hunc, quem diximus, siue eum, qui proximae stationi praest, cuiuscunque dignitatis sit, de facta apprehensione, susceptaque prima delicti notione certiozem facere, vt captiuum arcessat, sibi que tradi, *an die nächststehende militz, von welchem corps, regiment oder garnison es sey, ausliefern*, *Ordonantz de a. 1728. §. 17. et de a. 1752. §. III.* ipsumque vterius transmitti curet; qua re illa militum delinquentium remissio gratia principis mirum in modum facilitatur. Ceterum quemadmodum ista remissio cum reliquis remissionibus, de quibus corollario II. IV. et X. diximus, in eo conspirat, vt non voluntatis, sed necessitatis sit, ita e contrario in eo differt, vt non requisitio iudicis ordinarii expectanda, sed ista sua sponte facienda sit, statim post factam prehensionem ac praeliminarem interrogationem. Ex quo

quo patet, in militibus nullam esse in forum delicti, apprehensionis ac domicili diuisionem, sed vnum forum, ordinarium scilicet, ac militiae priuilegiatum. Cum itaque in Resolutionibus Grav. de anno 1661. tit. von Inffit. Sachen §. 45. ipse legislator dicat, ab omni delinquente poenam secundum regulam esse in foro ordinario ipsius sumendam, eo minus dubitatio de remissionis in delinquente milite necessitate superesse potest, idque sine distinctione, siue delictum sit mere militare siue commune, cum leges non distinguant.

Est tamen circa hanc rem duplex adhuc quaestio residua, *primum* de emeritis ac dimissis militibus maiorum ordinum, *deinde* de sportulis iudicum remittentium. Et quod ad illos quidem attinet, in iis etsi non idem, simile tamen obseruandum est. Nam quamuis procul dubio non vltimum consilium legis de remittendis militibus latae hoc fuerit, ne, qui actu militet, per ciuilia iudicia ab operis militaribus abstraheretur, vtque commilitones eorum exemplo similia crimina euitare discerent, tamen verum huius legis fundamentum praeprimis in fori militaris priuilegio ponendum censemus, quod cum ipsis seruatum sit, atque, vt antea vidimus, omnia reliqua fora, delicti et prehensionis, excludat, nihilominus tamen sine dubio dispar ratio sit inter milites dimissos actuque militantes, haec sine dubio permouerunt legislatorem Saxonicum, vt *Mandato d. 22. Dec. 1718. §. 8.* iuberet, vt si qui superiorum ordinum milites non amplius actu militarent, *die honeste dimittirten oder reducirten oberofficiers,* attamen

attamen delictum aliquod gravius committerent, magistratus quidem civilis inferior illico possit eos apprehendere, attamen obligatus sit, statim ad neminem alium quam ad eum, qui toti exercitui Saxonico praefectus, *den generalfeldmarschall, oder in dessen abwesenheit den commandirenden general*, de ea causa referre, quamvis in delictis leuioribus, quemadmodum in actionibus personalibus, *dict. Mand. §. 1.* magistratus vel praefecti commissione perpetua in eos vtantur. Idem illud eo magis in iis obtinere videtur, qui non plane a militia dimissi sunt, sed, accepto interim modico stipendio, vltiorem de peragenda militia iussum expectant, *die in wartegeld und pension gesetzte oberofficiers*, quippe qui etiam ab allegata commissione perpetua, quin ab omni foro civili, exempti sunt, *Mand. d. 7. Mai. 1756.*

Quod autem ad sportulas attinet, temendum est, iudicem civilem, qui militem in delicto prehensum carceri mancipat, ac praeliminarem cognitionem instituit, lege prohiberi, si de milite gregario vel minoris dignitatis praefecto, *unterofficier* agitur, non solum pro modo dicto labore vllas sportulas capere, sed debet etiam in progressu causae, quid? in omnibus ac singulis, coram foro militari aduersus eiusmodi milites (nam maiorum ordinum praefecti tacite excipiuntur) institutis inquisitionibus, siquid ad adiuuandas eas, requirente praefecto militari, faciat, ea omnia gratis expedire, *Ordonn. de a. 1752. l. c.* At vero, cum haec legis verba simplicia sint et generalia, dubium remanet, num iudex civilis etiam tunc gratis agere debeat, si gregarius miles propria

VIII

propria bona habeat? quod nobis non videtur; potius in ea fumus opinione, hoc tantummodo fuisse legislatoris, sapientis non minus quam aequissimi, consilium, ne iudex sportularum cupidus, miserum pauperemque militem delinquentem stipendio, vix ad vitae sustentationem idoneo, exuat; cum e contrario iniquum videatur, ei quoque, cui fortuna propria bona vel adeo diuitias dedit, si delinquat, quasi in praemium nequitiae sportulas remittere. Multo minus id locum habere tunc potest, quando delinquens miles alios falso in delicti sui societatem trahere cupiat, eaque re, vt iudex ciuilibus lege agere debeat, faciat, vnde Facultas nostra mense Nouembri 1782. praefecto Rochsburgensi interroganti dixit: *Die übrigen Unkosten mögen von Thierbachen (gregario milite, propriis opibus non destituto) in betracht, daß der in der erneuerten ordonanz vom iahr 1752. vorausgesetzte fall allhier keinesweges obwaltet, der von ihm mit verwundung verknüpfte excess aber, benebst denen von ihm wider A. angebrachten, jedoch unwahr befundenen anschuldigungen, gerichtswegen zu untersuchen gewesen, einzubringen.*

Quae haecenus diximus, pertinent ad remissionem militum peccantium, iudicibus Saxonibus lege domestica impositam. Est vero et alia illorum remissio, singularibus pactis publicis reciprocis inter diuersos principes constituta, et nonnisi ad delictum militare desertionis pertinens, quae pacta vulgo speciali nomine *Cartels* insigniuntur. De his nihil est, quod e schola iuridica dici queat, nisi quod iure gentium

gentium omnino licita sint, ac obligationum, ut reliqua principum rerumque publicarum pacta, omnino ac tam diu vim habeant, donec vel expresse, vel tacite, v. c. superueniente bello, reuocentur. Non igitur hisce diutius immoremur, potius eos, quibus lubeat varia eiusmodi pacta scire, quae ab Electoribus Saxoniae ab anno 1721. usque ad annum 1763. (nam antiquius non reperies) vel cum Imperatore Romano-Germanico, vel cum Regibus alius Imperii ac Europae principibus inita, et publicis legibus promulgata sint, eos tum ad HOFFMANNI Codicem legum militarium *Libro septimo*, tum ad Codicis Augustei Continuationem *Libro tertio capite primo* ablegamus.

Nostri vero nunc officii est, solennitatem indicare, quae solet quotannis memoriae BORNIANAE causa institui, quam nunc recolet RVDOLPHVS HOMMELIUS, beati HOMMELII, nostri quondam magni Ordinarii filius. Huic, qui vitam academicam ingressus simul incipit non sine spe ingredi stadium laudum paternarum, primum contigit, ut stipendium Bornianum ab ipso Serenissimo Principe nostro, ac eius summo Senatu Ecclesiastico Supremoque Consistorio, penes quem nunc est huius beneficii collatio, acciperet. Ipso itaque rescribente nobis, et iubente, ut nominato HOMMELIO, studio iuris operam danti, ac collegia iuridica frequentanti, cathedram nostram ad habendam orationem genti Bornianae sacram aperiremus, nos, postquam iste, se praelectionibus

B iuridicis

iuridicis assiduam interesse, nobis satis probasset, parebimus clementissimi Principis iussui, eumque ad dictam orationem, qua simul *de necessaria cognitione iuris Romanorum sacri in explicando civili* verba faciet, proximo die XII. Iunii admitemus.

Ad hanc igitur solennitatem ut omnes, qui litteris, ordini nostro, nomini Borniano ac oratori fauent, in primis vero RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, CELSISSIMI PRINCIPES, ILLUSTRISSIMI COMITES AC VTRIVSQUE REIPUBLICAE PROCERES, GENEROSISSIMI DENIQUE ATQVE PRAENOBILISSIMI ACADEMIAE CIVES frequentes conueniant, omni obseruantia et comiter rogamus. Scrib. Festo Pentecostes anno MDCCCXXXIII.



LIPSIÆ
EX OFFICINA SAALBACHIA.



1811
GEORGIEN-ALBEN



ULB Halle
002 802 503

3




Sb.

Vol 18







1783,1.

ORDINARIVS
SENIOR CETERIQUE ASSESSORES
FACVLTATIS IVRIDICAE
LIPSIENSIS

MEMORIAM

BORNIANAM

D. XII. IVNII A. CIOIÖCCLXXXIII.

H O R A I X
IN AVDITORIO SVO
RECOLENDAM
INDICVNT

IN EST
Corollarium iuris criminalis undecimum.

